



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Alia duo indicia quibus homo bestiarum imperium accepisse
demonstratur. Colloquium XXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

bus in diuersam eam trahant sententiam, ad illam agunt, quot commentis, quot phantasijs diffluunt & occupantur.

Alia duo indicia quibus homo bestiarum imperium accepisse demonstratur.

COLLOQUIVM XXXIX.

ACCEDIT nunc istis tertium admodum indicium, quo homini in bestias dominium delatum fuisse agnoscas, dum videlicet eas aut vi domat & subigit, aut efferatas arte mansuefacit atque curat. Ac primum quidem vel mediocriter literatorum latere neminem potest, veteres Orientales, & nostra etiam tempestate Indos, vulgariter in bellis Elephantos usurpasse. Notum adhuc quoque est, complures ex Imperatoribus Romanis curribus leones religasse, exemplum *Plin. li 8. cap. 16.* videlicet Marci Antonij secutos, qui

qui primus id excogitasse & tentasse perhibetur. Iam cui vel medio-criter in Romanorum Historijs volutato, ac tincto ijs aspersoque tantum non imbuto, Triumphus isti de Orbe vniuerso acti, & in orbe vniuerso celebres ac peruagati incogniti sunt, quos vrsi, quos pantheræ, quos Tygres, & immanes aliæ bestię arte humana mansuefactæ insigniuerunt & cohonestauerunt? Hannò Carthaginensium belli imperator, aded mansuetum Leonem effecerat, vt eum iñstar canis leporarij per ciuitatem circumduceret. Leo quispiã alius in celebri Sicularũ vrbe, pede in spinam impacto, coram Mentorẽ prouolutus fuit, vt vel hinc eum obediẽtem Regi suo agnosceret, & vt se iuuaret petere non difficulter, intelligeres. Alius in Africa à Samio quodam sanatus & seruatus, benefactori suo tamdiu venationem exercuit, prædam retulit, quoad eius nauis in flumine Africæ permansit. Et vides tu hoc loco duos istos Leones necessitate & beneficio alterius ad eam mãsuetudinem peruenisse, qui

ple

pleriq; hominū adhibere nō possūt,
 nec cū necessitate premūtur, nec cū
 innumeris beneficijs à Deo afficiū-
 tur. Nūc si de animātibus min⁹ feris
 quæstio instituitur, quis ignorat, tā-
 tum hominum industriam in hoc
 dominio solere præstare, vt loqui, vt
 tantum non etiam ratione vti doce-
 antur? Testis est coruus ille qui no-
 minis suo Cæsarem compellabat ac
 salutabat. Testes picæ, testes sunt
 Psittaci & sexcentæ aliæ aues oppi-
 dō vulgares atque communes. Iam
 in venationibus quid homo non ca-
 pit, non aibus, non canibus instru-
 ctus comprehendit? Qua ille non
 obedientia, qua non modestia, qua
 non submissione seruire animantes
 sibi facit ac ancillari? Verum ne me
 longius in materia adeò fertili dif-
 fundam, vnum à me accipe huius ge-
 neris exemplum, quod aures tuæ ad-
 mirentur, ego his oculis vidi atque
 conspexi. Nutriebat domi suæ in
 Delphinatus vrbe Sanct-Valeriana,
 honestus & prædiues quidam Do-
 minus canem, quem in delicijs ha-
 bebat ac Hilarem appellabat, adeò
 indu-

Pl. l. 8. 16.

*Macrob.
 l. 2. Sat.
 c. 4.*

industriū illum & doctum, vt frusto panis sibi obiecto, quantumuis etiam famelicus, id intra pedes arreptum, tangere non auderet, nisi ante post quædam velut suspiria ac gemitus, quibus difficultatem obediendi declarabat, magistrum Rape sibi dicentem audiuiſſet. Atq; quod haud aliquanto amplius admireris, cum nonnunquam herus canem ita suum in officio suo reliquisset, alio fortè digressus, lōgo admodum post tempore eundem id seruāntem reperit, & agrè gallinas depositum sibi auferre molientes submouentē: et si alias quoque iam ore & dentibus panem tenēs, audito verbo Serua, diutissime eum retinuerit, nec ante deuorarit quam eleuata manu foret concessum. Itane verò? potestne creatura vlla rationalis allegari, quæ plus Domino suo prestiterit, studiosius fidelitatem conseruauerit? Patet nunc ergo Deum qui docilitatē hāc bestijs istiusmodi infudit, & homini eas adduxit, eadem vt cetera quoq; animantia doceret, eandē vt discedendi facilitatē belluarum

inge-

ingenijs infereret, Deū homini concessurum fuisse, nisi præfixos sibi legum terminos improbè transiisset, & flagitium enorme contra cœleste istud numen designasset. Patet nunc etiā ex hoc extremo indicio, Deum bestijs quantūuis asperis, quantūuis immanibus & efferatis, certū quendam respectum insculpisse, quō diuinam istam hominis exterioris figuram, interiorem demonstrātem, agnoscunt ac reuerentur: & fuit admodum simulachrum illud & signum, de quo hæctenus verba fecimus euidenter planè confirmatum post diluuium illud, quando Deus Noacum & filios illius allocutus ait: *Terror & tremor vester sit super cuncta animalia terra: & super omnes volucres cœli: cum vniuersis quæ mouentur super terram. Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt: & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum.* Ac vide nunc mihi etiam sis, quā præclarè ipsi id Gentiles intellexerint, causam non penetrarint: quam sagaciter Plinius hoc inuestigarit, inuenire non potue-

*Anima-
lia fero-
cissima
hominē
reformi-
dant.
Plin. l. 8.
c. 4.*

potuerit, quam luculenter id nota-
rit, paganissimi sui tenebris nihil
impeditus, crudelissimas quasque
& ferocissimas bestias instinctu
quodam naturali impulsas, venera-
bilem hanc hominis figuram refor-
midare. Ait ergo magnus ille natu-
ræ sacerdos in quodam loco. Elephas
homine obuius forte in solitudine, &
simpliciter oberrante, clemens etiam
placidusque, demonstrare viam traditur.
Idem vestigio hominis animaduerso
priusquam homine, intermiscere infi-
diarum metu, subsistere ab olfactu,
circumspectare, vias proflare, nec cal-
care, sed erutum solo tradere proximo:
illum sequenti, nuncio simili usque ad ex-
tremum: & tunc agmen circumagi &
reuertere, aciemque dirigi: adeo omnium
odori durare virus illud maiore ex
parte ne nudorum quidem pedum. Sic
& Tygris etiam feris ceteris truculen-
tior, atque ipsa elephanti quoque sper-
nens vestigia, homine viso transfere
dicitur protinus catulos. Quoniam mo-
do agnito? Sanè mirentur ipsam vesti-
gii raritatem, sed vnde sciunt timen-
dum esse? Imò verò cur vel ipse con-
spe-

spectum paueant, tanto viribus, magnitudine, velocitate præstantiores? Nimirum hæc est natura rerum, hæc potentia eius, seuissimas ferarum maximasq; nunquã vidisse q; debeãt timere, & statim intelligere cur sit timendum. Hæc ferè nunc Gentilis illius Plinij verba sunt, ex quibus liquido intelligas probè eum admodum cognouisse auctoritatem quandam hominem apud bestias etiam obtinere, ab ijs timeri, agnosci ac etiam obseruari: verũ si ex eo ille ludo egressus fuisset, in quo Deus aliam longè ab hac naturali docèdi methodo sequitur rationem sciuisset iam tũ illo multò melius hanc suæ causã admirationis, honorasset etiã liberalis illius & sapientis numinis Maiestati, quod homini cœlestem hanc & admirabilem corporis rectitudinem contulit, imaginem suæ diuinitatis inseruit, quo ab omnibus creaturis timeatur, honoretur, ac obseruetur, non aliter quam à Vasallis ac subditis Dominus & Princeps Vniuersitatis, & ita feliciter hoc regno administrato tandè æterno illo potitur.

Homo
 naturaliter Dominus
 bestiarũ.
 Arist. 1.
 Pol. c. 3.

De